Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



31

Recedant a cogitacionibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos quoniam irritauerunt te domine Et letentur omnes qui sperant in te in eternum et exultabunt et habitabis in eis Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum quoniam tu benedicis iusto domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos Ant intelligite clamorem meum domine Ps Deus deus meus Feria secunda in ciniri

Deus deus meus Psalmus

Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi conuersus es furor tuus et consolatus es me Ecce deus saluator meus fiduciabor agam et non timebo quia fortitudo mea et laus mea dominus et factus est mihi in salutem Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris et dicetis in illa die confitemini domino et inuocate nomen eius Notas facite in populis adinuencionem eius memento quoniam exaltatum est nomen eius soluite Cantate domino quoniam magnifice fecit annuntiate hoc in universa terra Exulta et laudi habitacio sion quia magnus in medio tui sanctus israel Ant Conuersus est furor tuus et consolatus es me Ps Laudate dominum de celis Ant. Laudate dominum de celis Capitulum Vigilate et adorate state in fide viriliter agite et confortamini et oratio mea in caritate fiant Oratio Maiestatis tuae supplicant nota tibi domine secreta mentis et occulta cordis mei in medio tue claritatis pietatis et desiderii tenebrosa quia lux celestis gratiae repapauit Hymnus

Splendor paternae gloriae de luce lucem
proferens lux lucis et fons lumen